

## DIOECESIUM POLONIAE

SACRA RITUUM  
CONGREGATIO  
N. D. 22/962.

Amica Stella huius in saeculi fluctibus exasperato mari omnibus lucret hominibus, quam si respiciant, a recto non aberrant itinere, quam si sequantur, in salutis portum perfeliciter veniunt. Merito haec Virgo Beatissima Dei Genitrix Maria, quam clementissimus Deus opiferam iis Matrem dedit, qui huius in vitae essent peregrinatione constituti. Non igitur perperam Em., mus ac Rev. mus Dominus Cardinalis STEPHANUS WYSZYŃSKI, Gnesnensis et Varsaviensis Archiepiscopus, Poloniae Primas, Plenariae Poloniae Episcoporum Conferentiae totiusque Cleri cunctique Poloniae Populi preces votaue expromens, a Sanctissimo Domino Nostro IOANNE Divina Providentia PAPA XXIII. humilliter enixeque petiit, ut BEATAM DEIPARAM sub invocatione „REGINA POLONIAE”, Primariam caelestem apud Deum Universae Nationis POLONIAE PATRONAM, atque Sanctos WOJCIECH - ADALBERTUM et STANISLAUM Episcopos et Martyres aequae-principales PATRONOS, ac Sanctum STANISLAUM KOSTKA Confessorem secundarium PATRONUM, superiore iam tempore electos, Sua Apostolica Potestate ac Suprema Auctoritate confirmare benigne dignaretur.

Sanctissimus Dominus Noster IOANNES Divina Providentia PAPA XXIII., referente Em. mo ac Rev. mo Domino Cardinali ARCADIO MARIA LARRAONA, Sacrae Congregationis Rituum praefecto, in Audientia diei 31 Augusti Eidem anni huius currentis concessa, preces ac vota Ipsius Em. mi ac Rev. mi Gnesnensis et Varsaviensis Archiepiscopi Poloniaeque Primatis, cunctorumque Excc. morum ac Revv. morum Poloniae Episcoporum, necnon utriusque Cleri et totius Poloniae Populi benigne excipiens, BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM sub denominatione „REGINA POLONIAE” caelestem Primariam apud Deum Universae Nationis POLONIAE PATRONAM, atque Sanctos WOJCIECH - ADALBERTUM et STANISLAUM Episcopos et Martyres aequae-Principales PATRONOS, ac Sanctum STANISLAUM KOSTKA Confessorem secundarium PATRONUM, de speciali gratia, confirmavit seu constituit atque declaravit: omnibus cum iuribus ac liturgicis privilegiis, iuxta Rubricas et Decreta, locorum Patronis rite competentibus. Quibuslibet contrariis nihil obstantibus.

Die 31 Augusti 1962.

(L. S.)

*Henricus Dante*  
a Secretis

*Arc. M-a Card. Larraona*  
S. R. C. Praefectus

## NOWE WŁADZE POLSKIEGO TOWARZYSTWA TEOLOGICZNEGO W KRAKOWIE

Dnia 24 października 1962 r. odbyło się w Krakowie w sali wykładowej Kurií Metropolitalnej Krakowskiej doroczne Walne Zebranie członków Polskiego Towarzystwa Teologicznego poprzedzone referatem ks. prof. dra Aleksęgo Kława pt. *Uwagi na temat historyczności ksiąg Pisma św.* Dostojny referent podał najpierw rys historyczny tego zagadnienia, zwracając uwagę na istniejące od dawna w tej kwestii dwa kierunki, jeden